

pietatem non ad ignauiam utantur, & sicubi ecclesia requirat illorum operam, ne detrectent.

Epistola.

LXXXI.



DOMINO dilecto & exoptatissimo fratri & copresbytero Eudoxio & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui tecum sunt fratres, in domino salutem. Quando quiete uestrâ cogitamus quâ habetis in Christo, etiâ nos, quamvis in laboribus uarijs asperiscij uersemur, in uestra charitate requiescimus. Vnū enim cor-

s. Cor. 12 pus sub uno capite sumus, ut & uos in nobis negociosi, & nos in uobis oociosi simus. Quia si patitur unū membris, compatiunt omnia membra. Admonemus ergo & petimus & obsecramus per Christi altissimâ humilitatē & misericordissimam celsitudinē, ut nostri memoris sitis in sanctis orationibus, quas uos uigilantiores & magis sobrias habere credimus. Nostras enim saepè sauciat & debilitat caligo & tumultus secularium actionum, quas & si nostras

Matth. 5 non habemus, eorum tamen qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cum eis alia duo, tam nobis ingerunt, ut uix respirare possumus. Credentes tamen quod ille in cuius conspectu intrat gemitus copeditorum, perseverantes nos in eo ministerio, in quo dignatus est collocare cum promissa mercede, adiuuantibus orationibus uestris ab omni angustia liberabit. Vos autem fratres exhortamur in domino ut propositum uestrum custodiatis, & usque in fine perseveretis,

Scriptum erat opera uestra, parum latine. At si qua opera uestrâ mater ecclesia desiderabit, nec elatione auida suscipiatis, nec blâdiente desidia respuatis, sed miti corde obtéperetis deo, cum mansuetudine portantes eum qui uos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet māsuetos uias suas. Nec uestrum ocium necessitatibus scriptum, col-

ligitur ex decretis, ubi glossa habet: si clericus seit opas aliquas illas tenetur prestare, etc. ecclesiæ præponatis, cui parturiēti si nulli boni ministrare uellēt, quomodo nasceremini non inueniretis. Sicut autem inter ignem & aquam tenēda est uia, ut nec exuratur homo nec de-

mergatur: sic inter apicem superbiæ & uoraginem desidiæ iter nostrum tēperare debemus, sicut scriptum est, Non declinantes neque ad dexteram neque ad sinistram. Sunt enim qui dā nimis timēt ne quasi in dexterâ rapti extollātur, in sinistram lapsi demergūtur. Et sunt rursum qui dum nimis se auferunt à sinistra, ne torpida uacationis mollicie sorbeantur, ex altera parte iactantiae fastu corrupti atque consumpti in fauillam sumumque uanescunt. Sic ergo dilectissimi diligite ocium, ut uos ab omni terrena delectatione refrenetis, & memineritis nolum locum esse, ubi non possit laqueos tendere qui timet ne reuolemus ad deum, & inimici omnium bonorum cuius capti ui suimus uindicemus, nullamque nobis esse perfectam requiem cogitemus, donec transeat iniquitas, & in iudicium iusticia conuertatur. Item cum aliqd strenue atque alacriter agitis & impigre operamini, siue in orationibus, siue in ieiunijs, siue in eleemosynis, uel tribuentes aliquid indigentibus, uel donates iniurias, sicut & Deus in Christo donauit nobis, siue edomantes perniciosas consuetudines castigantesque corpus, & seruiti subiectientes, siue sufferentes tribulationem, & ante omnia uolos inuidem in dilectione, Quid enim suffert qui fratrem non suffert, siue prospicientes astutiam atque insidias tentatoris, & scuto fidei iacula eius ignita repellentes & extinguentes, siue cantantes & psallentes in cordibus uestris domino, uel uocibus à corde non dissonis, omnia in gloriam dei facete, qui operatur omnia in omnibus. Ita feruentes spiritu, ut in domino laudetur anima uestra: ipsa est enim actio recti itineris, quæ oculos semper habet ad dominum, quoniam ipse euillet de laqueo pedes. Talis actio nec frangitur negotio, nec frigida est ocio, nec turbulenta, nec marcida est: nec audax, nec fugax: nec præceps, nec iacēs. Hæc agite, & deus pacis erit uobis. Nec importunum me existimet charitas uestra, quia uobis uel per epistolam loqui uolui. Non enim hoc uos monui quod uos non arbitror facere, sed credidi me non parvum commendari deo à uobis, si ea quæ munere illius facitis, cum allocutionis nostræ memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nūc fratres qui uenerūt à uobis, Eustathius & Andreas, bonum Christi odorem de uestra sancta conuersatione ad nos attulerunt. Quorum Eustathius in eam requiem præcessit quæ nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Caprati am desiderat, quia nec cilicio iam querit indui.

Alias Eustathius.

Augustinus Largo dira perpresso, admonet ut uel ex afflictione reddat melior, Ep. LXXXII.
Dominus